Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Et pro corona Fructuum
Datur corona Gloriæ.
Per te, Maria, desuper
Fundatur unda Gratiæ,
Ut nostra possint pristinos
Deserta fructus promere.
Da, Christe nobis, quæsumus,
Patris sequi vestigia;
Laboris ut participes
Pari fruamur gloria. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.

Summæ Deus clementiæ
Infunde lumen cordibus,
Ut Stephani præconia
Puris canamus mentibus.
Terrena spernens gaudia
Suos parentes deserit,
Et Veritati consecrat,
Quod vanitati subtrahit.
Ereptus e periculis
~~Qu~~Quibus repletur seculum
Deserta quærit protinus,
Jugumque Christi suscipit.
Procedit inde fervidus,
Intrat nemus Cistercii,
Suique pastor providus
Gregis crementa respicit.
Hic membra pœnis conterens,
Mentem replet dulcedine,
Legemque servat arctius,
Pacis statuta conficit.
Arcana cordis detegit,
Astat Choro psallentium,
Et ardet inter Angelos,
Ructans amoris cantica.
Nescit laborem Caritas,
Fides famem non metuit;